



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo Sacerdotes ligant vel soluunt à peccatis. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

tantū dimittit peccatū: qui & animam mundat ab interiori macula, & à debito eterne mortis soluit.

Quomodo sacerdotes ligant, vel soluunt à peccatis. F

Non a. hoc sacerdotib. concessit, quibus tamen tribuit potesta ē soluendi & ligandi, i. ostendendi homines ligatos vel solutos. Vnde Dñs leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostēderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, nō tamen in facie ecclesiæ solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluēdis ergo culpis vel retinendis, ita operatur sacerdos euangelicus

*Matth. 8. a*

*Lnc. 5. c*

*Ioan. 11. f*

& iudicat, sicut olim legalis in illis, qui contami-  
nati erant lepra, quæ peccatum signat. Vnde Hie-  
ron. super Matth. vbi Dominus ait Petro. Tibi da-  
bo claves regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris illud Matth.  
super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcun-  
ques solueris super terram, erit solutum & in cœlis. *16. Dabo*  
*Hieron. ad.*  
*Hunc, inquit, locum quidam nō intelligentes, ali-*  
*tom. 9.*

*Leuit. 13. a*

*12. d*

*Hieron. ad.*

*illud Matth.*

*16. Dabo*

*tibi claves*

*Hunc, inquit, locum quidam nō intelligentes, ali-*

*tom. 9.*

*Leuit. 14. a*

quid sumunt de supercilio Pharisæorū: ut damna-  
re innoxios, vel soluere se putēt noxios, cum apud  
Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vi-  
ta queratur. In Leuitico se ostendere sacerdotibus  
iubentur leprosi: quos illi nō faciunt leprosos vel  
mundos, sed discernunt, qui mundi vel immundi  
sunt. Ita & hic aperte ostenditur, quod non sem-  
per sequitur Deus ecclesiæ iudicium: quæ per sur-  
reptionem & ignorantiam interdū iudicas, Deus  
a semper iudicat secundum veritatē. Et in remit-  
tendis vel in retinēdis culpis id iuris, & officij ha-  
bent euangelici sacerdotes, quod olim habebant  
sub lege legales, in curādis leprosis. Hi ergo pecca-  
ta dimittunt vel retinent, dum dimissa à Deo vel  
retenta indicant, & ostendunt. Ponunt n. sacerdo-  
tes nomē Domini super filios Israel, sed ipse bene-  
dict, ut legitur in Numeris. Hunc modum ligan-  
di, & soluendi Hieron. supra notauit.

*Num. 6. d*

*Alius*